



207
S. D. N. D. PAVLI.
DIVINA PROVIDEN
TIA. PP. III.

Bulla.

INDICTIONIS SACRO-
SANCTI GENERALIS
CONCILII.





THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

PHILIP L. ...

**Paulus Episco
pus seruus ser
uorum dei ad
futuram rei me
moriam.**

AD dominici gregis curā, & regi
men diuina disponente prouidentia
asūpti, nihil magis ex animo deside
rauimus, & ab omnipotenti Deo con
tinue precati sumus, quam ut Ecclesi
am suam nobis commissam, tot here
sum, & errorum uepribus iam pridē
in ea subortis, Spiritus sancti operan
te gratia, nostroq; studio aliquandō
purgatam, eiusq; moribus in omni

reformatis, debito nitore, & sinceritate restitutam, in sanctitate, & iustitia gratum domino obsequium præstare uideamus. Sed & illa nihilominus cura nos angit, cum cõsideramus, atq; adeo oculis ipsis cernimus, Christianã Rempubicam intestinis fideiũ odiis bellisq;, & infidelium ui, æ dolo afflictam in dies magis dissipari, atq; diminui. Quibus malis opportuna remedia adhibere pro pastorali cura sũmopere cupientes, cum multis uariisq; uis per nos diligenter examinatis nullam aliam iudicauerimus meliorem, aut promptiorem ea, quam maiores nostri sãctissimi uiri, adeoq; uniuersalis ipsa Ecclesia in huiusmodi casibus experta est saluberrimam, generalis uidelicet Concilii celebrationem: idcirco eorum sanctis uestigiis insistentes, sacrosanctum œcumenicũ

seu uniuersale Concilium, quod etiã
tum quũ in minoribus essemus, a no-
bis maxime desideratum, ineunte sta-
tim Pontificatu nostro celebrare om-
nino statuimus: & de hac nostra con-
stanti uoluntate non solum palam lo-
cuti sumus, sed & charissimos í Chri-
sto filios nostros Carolum Roman .
Imperatorem, & alios Christianos
Reges, & Principes per litteras, & nũ-
tios nostros certiores fecimus: nũc au-
ctore Domino indicere, & exinde in
loco & tempore per nos inferius de-
clarando celebrare, ac demum ad op-
tatum finem perducere omnino de-
creuimus, sperantes, & cum Dei auxi-
lio nobis promittentes, per hoc tam
sanctum & salutare remedium non
solum omnes h̄ereses & errores ex
agro Domini extirpãdos, & Christia-
ni populi mores corrigendos, sed &

uniuersalem inter fideles pacem cō
ponēdam, & facta sub uexillo saluti-
feræ Crucis contra infideles generali
expeditione, regna & terras nostras
ab illis occupatas recuperandas, capti
uosq; innumerabiles liberandos, & in
fideles ipsos ad sanctam religionem
nostram fauente Domino conuerten
dos, ut sic ab uniuerso orbe in unum,
idemq; Ouile Domini coalescente
ī uera fide, spe, & charitate, sobrie, &
iuste, & pie uniatur, et inde ab omni-
potenti Deo corona iustitiæ expecte
tur. Hoc igitur perpetuū & constās
animi nostri super uniuersalis Conci
lii celebratione propositum, & sentē
tiam ad Dei laudem, & gloriam, Ec-
clesiæq; suæ salutem, decus, & incre-
mentum exequi aggrediētes, In no-
mine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis,
patris & filii & spiritus sãcti, auctori

tate omnipotentis Dei, ac beatorum
Petri & Pauli apostolorum eius, qua
in terris fungimur, de Venerabilium
fratrum nostrorum sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Cardinalium consilio & as-
sensu œcumenicū seu uniuersale ac
generale Concilium in ciuitate Man-
tuæ, loco tuto, cōmodo, fertili, & do-
morum, ac bonarum habitationum
copia prædito, anno Domini millesi-
mo quingētesimo trigesimo septio,
die uigesima tertia mēsis Maii, quæ
erit Feria quarta post sacratissimum
festū Pentecostes, inchoādum, & ut
sequitur, continuādum, & auctore do-
mino finiendum, nuntiamus, conuo-
camus, statuimus, iudicimus, & ordina-
mus uniuersis & singulis, Venerabili-
bus fratribus nostris, Patriarchis, Ar-
chiepiscopis, Episcopis, & dilectis fi-
liis Abbatibus, & cæteris Ecclesiarum

& monasteriorum Prelatis ubiq; terrarum constitutis, in uirtute præstiti iuramēti, ac sanctæ obediētiæ, & sub pœnis de iure uel cōsuetudine, aut alias contra eos, qui ad generale Concilium non accedunt, statutis, mandantes, quatenus personaliter prædictos uero, Imperatorem, Reges, Príncipes, Duces, Marchiones, & alios, qui de iure uel cōsuetudine in huiusmodi Cōcilio interesse debent, per uiscera charitatis domini nostri Iesu Christi inuitantes, & exhortātes, quatenus pro pace, salute, & augmēto Ecclesiæ Dei & ipsi psonaliter, qđ malleamus, uel, si personaliter non possunt, per solennes Oratores suos congruo tempore huic sacro Concilio in dicta ciuitate Mantuæ, ut præfertur, celebrando debeant interesse. qui tamen si confiderent, quam nobis iucunda, Christianę

uero Reipublicæ etiam maxime necessaria futura sit eorum in dicto Concilio personalis præsentia: nõ dubitamus, quin tum alii omnes supradicti Reges, & Principes, tum Carolus Imperator, & Franciscus Francorum Rex Christianissimus sint illic personaliter interfuturi: siquidem Carolus pro sanctæ fidei nostræ zelo, & amore, tam suo quam Serenissimi Ferdinandi Rom. Regis fratris sui, ac electorum, cæterorumq; sacri Romani imperii ordinum nomine, pro uniuersalis Concilii celebratione apud felicis recordationis Clementem PP. VII. prædecessorem nostrum sæpe numero, & maximopere instetit: & cum uariis rerum perturbationibus, & bellis, ac aliis legitimis de causis, & præsertim prædicti Clementis superueniente obitu, tam sancti ope-

ris, & optimi animi, quem ad hoc idē
prædecessor habebat, impeditus ef-
set effectus: nobis ob hanc nostram
promptā, ultroq; sibi, & omnibus su-
prædictis ab initio usq; nostri Pontifi-
catus, ut prædictum est, a nobis signi-
ficatam & oblatam super dicto Con-
cilio per nos indicendo, & celebrādo
deliberationem, & proxime in prædi-
ctorum fratrum nostrorū sanctę Ro-
manę Ecclesię Cardinaliū generali
congregatione decretam, & declara-
tam conclusionem: qua decuit filiali
reuerentia, eodem nomine maximas
gratias egit: a Francisco uero Rege
prædicto, qui etiam ad eundem Cle-
mētem, & sacrum ipsorum Cardina-
lium collegium plenas pietatis, ac re-
ligionis hac de re litteras scripserat:
quale a Principe uere Christiāissimo
sperabamus, consonum, & conforme

huic nostræ uolūtati super huiusmo-
di Concilii negocio responsum acce-
pimus. Et nihilominus eosdē, Impe-
ratorem, Reges, Principes, & alios su-
pradictos similiter rogamus, & horta-
mur, ut omni adhibita opera, & stu-
dio efficiāt, ut omnes, & singulæ per-
sonæ in eorū regnis & dominiis con-
sistentes, quæ de iure uel cōsuetudine
generalibus Cōciliis interesse debēt,
ad Concilium huiusmodi, cessante le-
gitimo impedimento, de quo legiti-
me docere teneantur: personaliter,
alias per idoneos Nuntios, procurato-
res, uel Oratores legitima mandata
habentes, Cōcilio prædicto interesse,
ac usq; ad ipsius conclusionem, & ab-
solutionem in dicta ciuitate Mantuę
morari debeant: ut sic cōgregata mul-
titudine Christianorum copiosa, ea,
quæ ad Dei laudē, Ecclesiæ in mori-

bus reformationem, & exaltationē,
hæresum uero omnimodam extin-
ctionem, fideliumq; prædictorum cō-
cordiam, & salutem, ac generalem
contra infideles expeditionem perti-
neant, in eodem Cōcilio Deo aucto-
re, & adiutore, salubriter ordenen-
tur. Insuper, ut præmissa omnia, &
singula, ad quos spectat, notitiam
deueniant, nullusq; de eis ignorantia
iuste prætereundere possit, aut se le-
gitime excusare, cum etiam ad perso-
naliter intimādum præsentibus litteras
aliquibus personis, quæ in ipsis com-
prehenduntur, forsan tutus non pa-
teat accessus: uolumus, & decernimus
prædictas litteras p̄ aliquos Curie no-
stræ Cursores, uel Notarios publicos
in Basilica Principis apostolorum de
Urbe & Ecclesia Lateranē. dum ibi
multitudo populi ad diuina audien-

dum cōuenire, & congregari consue-
uit, publice, ac alta, & intelligibili
uoce legi, & publicam, & Basilicæ,
ac Ecclesiæ prædictarum, necnon
Cancellariæ apostolicæ portis, siue
ualuis, & in acie Campi Floræ affigi,
& ibidem per aliquod temporis spa-
tium dimitti, ac copiam ipsarum af-
fixam relinqui, affixionemq; sic fa-
ctam, omnes, & singulos, ad quos spe-
ctat, cuiuscunq; gradus, & dignitatis
existent, post lapsum DVORVM
MENSIVM a die affixionis, &
publicationis prædictarum numeran-
dorum, perinde in omnibus, & per
omnia afficere, & astringere, ac si eis
præsentem, uel earum transumptam,
quibus manu publicorum Notario-
rum factis, uel subscriptis, & sigillo
alicuius psonæ in dignitate ecclesia-
stica constitutæ munitis, fidem indu

biam adhiberi uolumus, personali-
ter intimatae fuissent.
Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostrae nuntiationis,
conuocationis, statuti, indictionis, or-
dinationis, mandati, inuitationis, ex-
hortationis, rogationis, uoluntatis,
& decreti infringere, uel ei ausu te-
merario contraire. Siquis autem
hoc attetare praesumpserit, indigna-
tionem omnipotentis Dei, ac beato-
rum Petri & Pauli apostolorum eius
se nouerit incursum.
Dat. Romae apud sanctum Petrum,
anno incarnationis Dominicae Mil-
lesimo quingentesimo trigesimo sex-
to, quarto Non. Iunii, Pontifica-
tus nostri anno secundo.

✠ Ego Paulus catholicae Ecclesiae
Episcopus subscripsi.



✠ Ego Ioannes Ep̄s Ostien̄, Card.
Seneñ subscripsi.

✠ Ego Io. Dominicus Ep̄s Portuē,
Card. Traneñ, subscripsi.

✠ Ego Bonifacius Ep̄s Sabin̄, Card.
Ipporigleñ. māu ppria subscripsi.

✠ Ego Laurentius Ep̄s Pr̄nestin̄,
Card. Cāpegus māu ppria scripsi.

- ✠ Antonius Presb. Card. de Sancto
Seuerino manu propria subscripsi.
- ✠ Augustinus Card. Perusinus, S.
D.N.PP. Camera rius subscripsi.
- ✠ Vincentius Carrafa Card. Neapol.
manu propria subscripsi.
- ✠ Andreas Card. Palmerius manu
propria subscripsi.
- ✠ Franciscus Card. Sanctæ Crucis
manu propria subscripsi.
- ✠ Franciscus Card. Cornelius manu
propria subscripsi.
- ✠
- ✠ Nicolaus Card. Capuanus manu
propria subscripsi.
- ✠ Ego Hieronymus Card. de Ghinuc-
ciis manu propria subscripsi.
- ✠ Iacobus Card. Simoneta manu
propria subscripsi.
- ✠
- ✠ Gaspar Card. Contarenus manu
propria subscripsi.

✠ Paulus sancti Eustachii Diaconus,
Card. subscripsi .

✠ Alexander, s. Marię in Via lata
Card, Cęsarinus subscripsi .

✠ Ioannes Card, de Saluiatis manu
propria subscripsi .

✠ Nicolaus Card, Rodolphus sub-
scripsi .

✠ Ego Augustinus, s. Adriani Dia-
conus, Card. Triuultius manu
propria subscripsi .

✠ Ego Franciscus Card, Pisanus ma-
nu propria subscripsi .

✠ Ego Hercules, s. Marię Nouę Dia-
conus, Card, manu ppa subscripsi .

✠ Ego Nicolaus, s. Theodori Diaconus, Card, de Gaddis, subscripsi,

✠ Hieronymus Card, Grimaldus subscripsi,

✠

✠ Alexander Card, de Farnesio Vicecancellarius subscripsi.

✠ Guido Ascanius Sfortia Card, s. Floræ manu propria,

✠ Marinus, s. Mariæ in Aquirio Diaconus Card, Carracciolus,

BLOSIVS B. MOTTA.

Visa Io, de Fortibus,

ANno a natiuitate Domini mille-
fimo quingentesimo trigefimofexto,
indictione nona, die uero domini-
ca facratissima pentecostes, quarta
mensis Iunii, Pontificatus sanctissimi
mi in Christo patris, & Domini no-
stri, Domini Pauli, diuina prouiden-
tia Papæ tertii anno eius secundo,
Ego Ioannes Doliatoris ipsius san-
ctissimi Domini nostri Papæ Curfor
retroscriptas litteras apostolicas nū-
tiationis, conuocationis, statuti, in-
dictionis, ordinationis, mandati, inui-
tationis, exhortationis, rogationis,
uoluntaris, & decreti Concilii gene-
ralis, Mantuæ iuxta formam ipsarum
litterarum celebrandi, in Ecclesia san-
cti Ioannis Lateran. & Basilica sancti
Petri de urbe, dum ibidem missæ, &
alia diuina officia celebrarentur, &

populi multitudo copiosa assisteret ;
alta , & intelligibili uoce , coram om-
ni populo ibi astante , debite de uer-
bo ad uerbum legi. Et tam ego Ioan-
nes , q̄ Petrus Serrano , & Petrus Go-
mez similiter sanctissimi Domini no-
stri Papæ Cursores , easdem litteras
lectas , & publicatas ad ualuis Eccle-
siæ , & Basilicæ prædictarū affiximus :
et sic affixas , per spatium unius ho-
ræ , & ultra in qualibet Ecclesia dimi-
simus , relictis in ipsis ualuis præfata-
rum litterarum copiis , cum origina-
libus per nos auscultatis , ut moris est.
Eadem die ego idem Ioannes Dolia-
toris Cursor , & Petrus Serrano , & Pe-
trus Gomez præfati dictas retroscri-
ptas litteras apostolicas legimus , pu-
blicauimus , & affiximus in ualuis , seu
portis Cancellariæ apostolicæ , ac a-
cie Campi Floræ hora uesperorum ,

& similiter per spatium unius horæ,
& ultra, in quolibet ex ipsis locis affi-
xas dimissimus, dimissis similiter in
ualuis dictæ Cancellariæ apostolicæ
& acie Campi Floræ copiis cum ori-
ginalibus collationatis similiter, ut
moris est,

Ita est: Io. Doliatoris Curs.

Ita est: Petrus Serrano Curs.

Ita est: Petrus Gomez Curs.

Ita est: Thomas Roger magi-
ster Cursorum.



